Pro Quodlibetaria.

Disputanda in Scholis Medicorum die

Praeside Literatissimo viro, D. Jacobo Goupylo, Doctore medico.

Quaestio Medica.

An Propria singulorum, in Capitis doloribus, Curatio?

Capitis dolore infestato . . . . – communis: sive ex intemperie sola, ex humore, ac spirituum maligni-
-tate: illa essentias prop . . . . – ntra calvariam (quod patientibus oculorum radicibus significatur)
primario affecta, ve . . . . venis gignitur: aliis in membrana, ex his quae ossa ambiunt, dolor est.
ob eius vehementiam . . . . Si convulsio saepius succedens, ab aeruginoso vomitu confestim perimit.
quod idem successu aeo . . . . , quos sanos contrarius repente prehendit, velut attonitos e medio tollit.

Qui dolorific . . . . – perpetua interdum molestia, aestus, nonnunquam sine ordine intermissioni-
-bus maximas a . . . . minores; ac tandem extremo crebros: in quo (extra partes facile afficiantur)
quam in cephalalgia . . . . . , ex gravius laborant: hos febribus supervenientes, judicium portendit: si cum eis nascatur
deterius. quorum autem altera capitis pars, etiam per circuitus denunciata, futura, secundum ipsius longitudinem exporrecta, distinguitur.

Affectuum capitis dolores excitantium sanatio, coctione, sectione, ac utroque, anodynorum usu, perficitur. Cruditas parti molesta a calore nativo, calorificis, astringentibus, quidem adiuto, edomita expellitur. Quae a caliditate sola affectio est, aere, cibo, potu frigidis: ad sinciput perfusione (quam occipitium non sustinet) ex oleo rosaceo, vel chamaemelino, liberatur. In qua frigus nocuit, calidis non tamen aeque contrariis, oleo rutaceo, euphorbio, aut pipere addito. Si siccitas humectantibus, alimentis praesertim bene nutrientibus, vino, aquis in balneo tepidioribus, uti licet.

Ut inflammationi quae est ab ictu, dolor, ex partis debilitate, ita ei quae caput gravat, plenitudini, venae sectio salutaris: ac deinum reliquiarum discussio. Cum bilis vergit initio repellendum, frigidis omnibus, quae in plethora humidioribus, cholagogis, a quibus (si infarctus humor, vertendo, ac vellendo velut saniat) abstinendum. Si vigiliae torquent, oleo nymphaeato, pastillis croco, et trigono, frons illinenda. A pituita vexati, calidorum usu, extenuantibus, dilatantibus, phlegmagogis, quibus succedunt apophlegmatismi, vel hinc sternutationes (quae sola cephalalgias sanant) excit-antibus manifeste iuvantur.

Cerebrum pituitae fons, fluxioni recipiendae maxime, minore tamen periculo, accedunt, his qui undique sursum feruntur vaporibus, affectum, clyst-eribus (a quibus doloris solutio) ligaturis, frictionibus, levatur. In febribus, qui criticus est, nares relinquitur, ideo qui simul invadit, corpore opport-une vacuato, refrigeratio, ac calefactio, qui a meraciore vino, vomitu, febri, ac inedia solvitur. Si tamen infestantis ctus perseverantis doloris acerbitas tanta est, ut his omnibus praesidiis nihil praestetur, magna cautione, ad philonii aut alium quempiam narcoticorum usum (quamvis capiti inimicum) recurritur.

Est igitur propria singulorum, in Capitis doloribus, Curatio.

F.M.P. BIBLIOTHECA

Asserebat Jacobus Caron Compendiensis . 1549.